

Hugonis [a] de Teuderico, qui confusus fiducia turrium, s[ecundu]m epissime offenderat [b] Farentinos et Florentinos, atque omnes vicinos.

*De guerra maxima inter Petrum Traversarium et filios
comitis Guidonis Guerrae.*

CAP. CXLIX.

Anno Domini MCCXVI [c], cum guerra esset maxima, occasione quarundam possessionum, inter Petrum Traversarium et Rogerium filium comitis Guidonis Guerrae, quoniam ipse Petrus [d] bona tanti principis manuteneret [e], castrum in partibus illius [f] aedificare coepit [g]; ei a se ipso nomen imponens; sicque dicitur usque ad praesens tempus castrum Rogerii. Castrum Carpeneti [h] tamdiu obsedit, donec de inimicis intus reclusis plenum habuit triumphum. Verum quia cum dictus Petrus [i] de Monte Roncazinis [j] ad pugnam defenderet [k], Rogerius tantas ab utroque latere ei insidias ponens, ipsum et triginta milites cepit, adjutorio domini Ubertini Guidonis Dusdei [l] de Ravenna. Exercitus comitum [m] post tantam revertitur victoriam, equos per agros vagantes capiendo, multis onerantur [n] armis atque aliis spoliis, comiti reddito castro [o] Devatolae.

De pace reformata inter prefatos inimicos.

CAP. CL.

Eodem anno, reformata est pax et concordia inter prefatos inimicos, data sorore comitum [p] Paulo Traversario in uxorem.

[a] filii Hugonis, C. M.; Hugonis, deest in C. V. — [b] offendebat, C. M.; offendebat, C. V. — [c] Anno Domini MCCXVI. Sic C. M.; anno Domini MCCXV, C. V. Zucculus et Tondutius omittunt hoc caput; forte quia non potuerunt illius sensum assequi. Nam totum caput videtur in Cod. M. mendosum et corruptum, ut aegre sensus expiscari possit. Nos ad integratatem reddidimus, ea cura qua possumus, sine magna mutatione. — [d] ipse Petrus. Sic Codd. — [e] principis manuteneret. Sic C. V.; principis manuteneretur, C. M. Comes Guido Guerra praecedenti anno obierat. — [f] in partibus illius. Sic lego eum C. V.; in partibus illis, legit Cl. Mitt.; nam in Cod. M. est: in partibus illis. — [g] aedificare coepit. Sic corrigo. In Codd., aedificari coepit; subintellige: Rogerius. — [h] Castrum Carpeneti (nè altro aggiunge il Borsieri). — [i] dictus Petrus. Sic lego C. M. In C. V., dominus Petrus. — [j] monte Roncazinis. Sic legit Cl. Mitt. In C. V., monte Roncazitus. — [k] ad pugnam defenderet. Sic Codd. Anne potius legendum: ad pugnam descendenter? — [l] Guidonis Dusdei. Sic Codd. — [m] Exercitus comitum. Sic lego, vel comitis. In Codd., exercitu comitatum. — [n] multis onerantur. Sic Codd. — [o] reddito castro. Sic corrigo; reddito castrum, Codd. — [p] sorore comitum. Sic Codd. Haec lectio probat superius, loco comitatum, legendum comitum esse; nempe filiorum Guidonis Guerrae.